

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

I. Rubefacientia.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

## CLASSIS SEPTIMA

## CAUSTICA.

Quæ urunt, rodunt, consumunt partes corporis humani, quibus applicantur, CAUSTICA dicuntur. Hæc vero duplicia sunt, actualia vel potentialia: priorum etiam in cadaver actio est, ignis enim omnia consumit: posteriorum solum in corpus vivens: funestum hinc omen, dum non urunt amplius vesicatoria.

Dux potentialium, de quibus hic unicus sermo, classes constituuntur.

## I. Rubefacientium.

II. Cathereticorum, seu escharoticorum vel ruptoriorum est. Quibus in morbis quæque indicentur, sub speciebus dicetur.

## I. RUBEFACIENTIA.

Quæ maiori ad partem corporis, cui applicata fuere, concitato per stimulum, quem habent, humorum affluxu, rubere partem faciunt, RUBEFACIENTIA, Epispastica; quæ pustulas, aut vesicas excitant, VESICANTIA, vel vesicatoria appellantur.



Indicantur. *I.* In avertenda in partem nobilem, vel irritabilem humorum fluxione: sic in oculorum, dentium, auricularum morbis, locis retro aures, vel nu-cha agglutinantur, CHARMETTON, licet in dolore dentium vehementiori arteriæ temporali nonnulli, alii maxillæ angulo imponant.

*II.* In evocando impacto ex parte quadam humore, ut in iisdem morbis, tum in doloribus rheumaticis, arthriticis, ischiadicis, &c. An convenient in morfu venenato? bonus ab his effectus observatus in *Act. Nov. Acad. N. C.* quem haud placere video CHARMETTON. an recte?

*III.* In revocando humore repulso, ut in podagra retropulsa &c. ulceribus manantibus capitis exsiccatis, & inde maiori orto malo, epilepsia &c. L. B. van SWIETEN. Sed tum parti, unde repulsus humor, applicanda sunt.

Contra indicantur vero in bubone venereo, tumore scrophuloso, CHARMETTON. Forma varia solida, cataplastmatica, emplastica.

## EX VEGETABILIBUS.

Allium.

Arum.

Cyclaminus.

Clematis.

Esula.

Euphorbium.

Flammula.

Piper.

Pyrethrum.

Ra-



Ranunculi.

Raphanus Rusticanus.

Ruta.

Sinapi.

Staphysagriae semen.

## EX ANIMALIBUS.

Cantharides.

Stercus Columbarum.

## EX COMPOS. OFFICINALIBUS.

Fermentum Panis.

Emplastrum Vesicatorium.

Si ablata a vesicante facta vesica, effuso humore, siccare consilium, primo mollia, pingua digestiva, dein exsiccantia imponuntur; si partem attracto humore ulterius perfundi opus, leniora rubefacientia, digestiva stimulantia admoventur; & hæc quidem omnia pro intentione medentis varia esse solent.





---

## II. CATHAERETICA

SEU

### ESCHAROTICA.

**H**æc fibras corporis omnes, tam cutaneas, quam carneas, & alias destruant.

Indicantur *I.* Si fungosa in ulcere haud sensibili caro, coalitum impedit.

*II.* Si carnis vegetatio, vel excrescentia, ultra æquabilem partis sensibilis naturaliter constitutæ superficiem emineat, ut in morbis palpebrarum, ficu, verruca, ectropio, in morbis oculorum, encanti, pterygio completo; in morbis narium, oris, ani, partium genitalium utriusque sexus, CHARMETTON. Q. c.

*III.* In gangræna humida, applicatis incassum optimis & indicatissimis spirituosiss, IDEM.

*IV.* In tumore frigido ex congestione humorum orto, scirrhuso quocunque, etiam glandulari indolente, tum bubone venereo, pestilentiali, scrophuloso, tumore critico maligno, IDEM. Alias indicationes vide in T. III. de argento, ubi de lapide infernali sermo.

Contra indicantur *I.* In morbis complicatis, ut in ulceribus malignis, maxime cancris. CHARMETTON.

*II.* In venereis, pestilentialibus, scrophulosis, iuncturas, tendinosas ligamentosasque partes, vel etiam glan-